An. et vol. XCVI 4 Iunii 2004 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Iosepho Sebastiano Pelczar Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Caritas pastorum ea virtus est qua Christum in sui donatione et servitio imitamur: non proinde ponenda est in illis quae facimus, sed reperienda in nostrum ipsorum dono, quo exprimatur Christi amor gregi oblatus» [Ioannes Paulus II, Homilia in adoratione eucharistica Seuli habita (vii mensis Octobris anno mcmlxxxix), 2; cfr Adhortatio Apostolica *Pastores dabo vobis*, 23: AAS, lxxxiv (1992), 692].

Pastoralis caritas, quae sui plena est Ecclesiae donatio, Episcopi Iosephi Sebastiani Pelczar peculiaris fuit virtus, qui divini Pastoris fideliter persequens exemplum, animose studioseque saluti sui populi aeternae operam dedit, quem ipse doctrina rexit sanctitatisque vita sanctificavit. Insignis hic Ecclesiae pastor die xvii mensis Ianuarii anno mdcccxlii in oppido *Korczyna* apud Crosnum ortus est. Apud paroecialem scholam expleto curriculo, gymnasium Rzeszoviensi et Premisliensi in urbe persolvit. Sacerdotium inde affectavit. Necessariis expletis studiis, die xvii mensis Iulii anno mdccclxiv sacro est auctus ordine. Post pastorale munus in Samborensi paroecia per exiguum temporis spatium gestum, Romam adiit suam institutionem ut expoliret atque in theologia iureque canonico est consecutus doctoratum. Po-

lonia repetita, Seminarii Premisliensis tirones erudivit ac deinceps apud Theologicam Facultatem decanus docuit ac Rector studiorum Universitatis Iagellonicae Cracoviensis, cuius agendi rationem et culturae modum extulit. In tali laborioso opere praestando, impedimenta est aggressus aerumnasque est expertus, quas is Domino obtulit. Tempore illo complura scripta in spiritalitatis, ascesis, theologiae pastoralis, historiae iurisque canonici provincia foras dedit. Aestimatus proinde fuit concionator ac plura incepta cum educationis tum culturae suscepit, animos sic praeparans ad evangelicum nuntium recipiendum. Ut dignitas et operariorum iura servarentur, eorum praesertim qui in periculis potissimum versabantur, mense Maio anno MDCCCXCI Sanctissimae Virginis Mariae Poloniae Reginae Sodalitatem condidit, quae de rebus moribusque domesticas famulas curaret. Iis, operariis, iuvenibus mulieribus, die XV mensis Aprilis anno MDCCCXCIV Cracoviae Congregationem Ancillarum Sacri Cordis Iesu condidit, quam Dei Servae Clarae Ludovicae Szczęsna regendam tradidit. Nova religiosa familia varia in Poloniae loca diffusa est. Anno MDCCCXCIX Beatus episcopus auxiliaris Premisliensis est renuntiatus, atque anno post eiusdem dioecesis est nominatus Ordinarius. Paroecias saepenumero invisit, quasdam novas constituit atque varia templa aedificavit. Plus quam semel dioecesanas Synodos celebravit, Seminarium minus aedificavit itemque operam dedit ut Romae sacerdotibus studentibus suscipiendis domus excitaretur. Multum ad sacerdotes et catechistas colendos contulit. Cum conscius esset « nullam condicionem vel nullam aetatem impediri quominus vita perfecta obtineretur » suum populum in sanctitatis semitis direxit ipseque perseveranter ad evangelicam perfectionem animum intendit, omnes per continuatum laetumque virtutum christianarum sacerdotaliumque exercitium aedificavit, quotidie id factitans quod in concionibus scriptisque fidelibus commendabat. Cum antea sacerdos tum postea Episcopus fidem in Christo flagranter proclamavit atque operam dedit ut veritates revelatae diffunderentur ac doctrinae integritas ab erroribus discluderetur. Suam spiritalitatem Dei Verbi lectione meditationeque, precibus, erga Sacrum Cor Iesu, Eucharistiam et Virginem Sanctissimam devotione aluit. Se Supremi Magisterii doctrinae usque accommodavit ac fidelis fuit et Summo Pontifici ecclesiasticisque potestatibus obsequens, pro certo habens « Deum non habere patrem eum qui non haberet Ecclesiam matrem » (cfr S. Cyprianus, *De unitate Ecclesiae*, 5). Totum se Christo devovit ut magno Divini Magistri testimonio responderet, qui cum naturae divinae esset, formam servi accepit in similitudinem hominum factus est peccati expers (cfr *Philp* 2, 6-7).

Incertitudinis terrestris commorationis conscius, perseveranter aeternam beatitudinem contuebatur atque in difficilibus rerum adiunctis, se divinae Providentiae fiducialiter commendavit. Paterna sollicitudine indigentium, pauperum puellarum bellique victimarum necessitatibus subvenit. Prudenter dioecesim temperavit ac sapienter suas spiritales filias rexit. Studiose propriae condicionis officia et ecclesiasticas normas servavit. Aequanimus semper fuit et muneribus susceptis fidelis. Multos annos acerbam stomachi iecinorisque infirmitatem patienter toleravit. Temperatam, austeram humilemque exegit vitam. Vitae usque ad exitum Sacrum ministerium sustinuit. Dominus eum ad Se vocavit, brevem post aegrotationem, die XXVIII mensis Martii anno MCMXXIV.

Latam ob sanctitatis famam anno MCMLIV Beatificationis Canonizationisque Causa incohata est. Iis iure statutis absolutis rebus, die II mensis Iunii anno MCMXCI a Nobis in Beatorum album est relatus. Die autem XX mensis Decembris anno MMII coram Nobis decretum super miraculo prodiit. Faventibus Patribus Cardinalibus Episcopisque, in Consistorio die VII mensis Martii huius anni coadunatis, statuimus ut Canonizationis ritus Romae die XVIII subsequentis mensis Maii perageretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sacra hanc ediximus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Iosephum Sebastianum Pelczar, Ursulam Ledóchowska, Mariam de Mattias et Verginiam Centurione Bracelli Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Praeclarus hic Praesul spectabiles dedit sapientiae doctrinaeque testificationes, qui non modo suam dicionem verum etiam totam Ecclesiam multum iuvit, scriptis erudivit suaque eximia opera perquam studiose aedificavit. Exoptamus igitur ut huius caelitis patrocinio exemplisque homines qui nunc sunt transitura posthabeant et superna continenter affectent.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die decimo octavo mensis Maii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.980

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BAUCHIANA

In Nigeria nova dioecesis Bauchiana appellanda conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Actuosae evangelizationis catholicae Ecclesiae in Nigeria, ac praesertim nunc in Vicariatu Apostolico Bauchiano, maturos intuentes spiritales fructus, quod laudabili etiam missionali opere effectum est Societatis Missionum ad Afros, Nos laetantes festinamus ibidem novam dioecesim instituere. Ideo, re mature deliberata auditoque voto quorum interest, Vicariatum Apostolicum Bauchianum ad gradum et dignitatem dioecesis extollimus *Bauchianae* nuncupandae, eamque facimus metropolitanae Ecclesiae Iosensi suffraganeam

eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi illius Sedis subiectum. Novam dioecesim volumus iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione esse obnoxiam. Sedem novae dioecesis in eadem urbe Bauchiana ponimus, ecclesiam vero sancto Ioanni Evangelistae dicatam ibidem exstantem ad gradum ecclesiae cathedralis evehimus, iuribus ac privilegiis concessis quae ad eiusmodi templa spectant. Quod autem ad novae dioecesis pertinet regimen, bonorum ecclesiasticorum admnistrationem, sede vacante administratoris electionem, alumnorum Seminarii institutionem, fidelium iura horumque similia, serventur quae sacri canones praescribunt. Haec autem, quae praescripsimus, committimus perficienda Nuntio Apostolico in Nigeria vel, absente eo, illi qui negotia curat Apostolicae Sedis in eadem regione, ac omnes eis tribuimus necessarias et convenientes facultates, etiam subdelegandi quemvis virum in dignitate ecclesiastica constitutum, onere imposito ad Apostolicam hanc Sedem sincerum effectae exsecutionis exemplar sedulo mittendi.

Has denique Litteras Nostras ratas et firmas esse nunc et in posterum volumus, quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodecimo mensis Decembris, anno Domini bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

Crescentius card. Sepe
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 549.876

II

TIMIKAËNSIS

In Indonesia nova dioecesis erigitur nomine Timikaënsis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supernum evangelizationis mandatum Nos, beati Petri Apostoli Successores, continuo impellit ad verbi ministerium summis expediendum

opibus potissimum novarum constitutione dioecesium. Quam ob rem cum Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales atque Praesules Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, re mature perpensa auditisque quorum interest votis, novam in Indonesia dioecesim condendam esse censuissent, Nobis visum est talem sententiam ratam habere. Summa igitur Nostra potestate quae sequuntur decernimus atque iubemus. Detracta parte occidentali territorii dioecesis Iayapuraënsis, novam dioecesim *Timikaënsem* erigimus, quae civilibus definietur finibus, videlicet locorum v.d. *Biak-Numfor*, *Yapen-Waropen*, *Nabire*, *Paniai*, *Puncak Jaya* et *Mimika*. Archiepiscopali item sedi Meraukensi eandem suffraganeam constituimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea statuimus Episcopi sedem poni in oppido v.d. « Timika » atque templum ibidem situm, Deo in honorem Trium Regum Magorum *Tiga Raja* dicatum, ad gradum necnon dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus; cetera vero secundum leges canonicas temperentur. Quae decrevimus perficienda committimus Venerabili Fratri Laurentio Fratini, Archiepiscopo titulo Botrianensi et in Indonesia Apostolico Nuntio, onere imposito ad memoratam Congregationem authenticum exemplar actus effectae exsecutionis, cum primum fas erit, remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuscumque rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undevicesimo mensis Decembris, anno bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto ac vicesimo.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

Crescentius card. Sepe
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*
Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 552.153

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Servis Dei Ioanni Baptistae et Hyacintho ab Angelis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies» (*Mt* 4, 10).

Fideles laici Ioannes Baptista et Hyacinthus ab Angelis alacriter martyrium oppetiverunt ob fidelitatem erga solum Deum verum servandam obque idola respuenda. Ipsi quidem dedita opera catholicam fidem amplexi sunt, se optime gerentes uti mariti et patresfamilias, etiam uti publici officiales. Christi luce collustrati, amorem et observantiam erga Divinum Redemptorem et Ecclesiam usque ad sanguinis effusionem sunt testificati.

Ioannes Baptista natus est anno circiter MDCLX in oppido vulgo *San Francisco de Cajonos*, archidioecesis Antequerensis. A iuvenili aetate missionem Fratrum Ordinis Praedicatorum frequentare coepit, et iisdem inserviens diversa obiit officia. Ob fervorem et honestatem, quibus munera sibi credita exercuerat, commissum est illi grave munus «fiscalis», scilicet administri ecclesiasticarum auctoritatum, cuius erat fidem tueri moresque communitatum christianarum loci servare. In matrimonium uxorem duxit Iosepham a Cruce, ex qua filiam habuit, Rosam nomine, quae baptismali lavacro mense Octobri anno MDCLXXXIX est abluta.

Hyacinthus ab Angelis circa annum MDCLX ex praestanti indigena familia ortus est eodem in loco quo primam vidit lucem Servus Dei Ioannes Baptista, quem supra memoravimus. Postquam in civili religiosoque ambitu varia exercuerat munera, ipse quoque, ob morum probitatem, quorum exempla usque dederat, nominatus est fiscalis. Coniugem duxit Petronam ab Angelis, ex quibus duo nati sunt liberi, Ioannes nempe, baptizatus exeunte mense Iunio anno MDCXCVIII, et Nicolasa quae obiit anno MDCCLXXIV.

Cum certiores facti essent ritum idololatricum die XIV mensis Septembris anno MDCC in eorum oppido peractum iri fideliter munus implendo sibi ipsis creditum, rem nuntiaverunt Fratribus Praedicatoribus, quibus in actione evangelizationis sociam operam frugifere praestabant. Quamvis conscii de periculo oppetendo, officium fortiter adimpleverunt, memores promissionis Iesu qui, in Montano Sermone, iis «qui persecutionem patiuntur propter iustitiam» (*Mt* 5, 10) aeternam confirmaverat beatitudinem. Hi quidem chris-

tiani, locum ingressi ubi ritus peragebatur, fecerunt ut celebratio aboleretur. Sequenti die idololatrae indigeni aggressi sunt domum Fratrum Praedicatorum, obstringentes eos ut Servi Dei sibi statim traderentur; sin autem, minitantes stragem edere. Publicae tamen auctoritates, maiores aerumnas metuentes, invitis religiosis, perfidae annuerunt petitioni. Servi igitur Dei comprehensi sunt et, dum nefandis vexabantur cruciatibus, repudiarunt condicionem Christum negandi et propriam vitam servandi, firmiter asserentes: « Baptismi fidem professi sumus, quamobrem veram constanter servabimus religionem ». Plurimis vexationibus omnique tormentorum genere confecti, die XVI mensis Septembris anno MDCC interempti sunt. Perpensa eorum martyrii fama, statim post mortem diffusa et annorum decursu confirmata, anno MCMXCI archiepiscopus Antequerensis Causam incohavit beatificationis seu declarationis martyrii. Rite servatis de iure servandis, Nobis coram promulgatum est decretum super martyrio die VII mensis Iulii anno MMI. Statuimus igitur ut die I mensis Augusti anno MMII, in urbe Mexico, occasione Nostri itineris pastoralis, ritus beatificationis perageretur.

Hodie igitur, in urbe Mexico, hanc inter Sacra formulam elocuti sumus:

Nos, acogiendo el deseo de nuestro hermano Héctor González Martínez, Arzobispo de Antequera-Oaxaca, así como de otros muchos Hermanos en el episcopado y de numerosos fieles, después de haber escuchado el parecer de la Congregación de las Causas de los Santos, con Nuestra Autoridad Apostólica declaramos que los Venerables Siervos de Dios Juan Bautista y Jacinto de los Ángeles de ahora en adelante sean llamados Beatos, y se podrá celebrar su fiesta en los lugares y en el modo establecido por el Derecho cada año, el 18 de septiembre. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.

Consueta habita oratione de vita virtutibusque horum beatorum caelitum qui martyres occubuerunt, Nos Ipsi, admirantes tantam horum heroum alacritatem ad sanguinem pro Domini amore fundendum, summa devotione christianam eorum fortitudinem publice laudavimus et in adiutorium totius Ecclesiae adhuc in terra peregrinantis caeleste eorundem invocavimus patrocinium.

Quae autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim sortiantur, contrariis minime obstantibus rebus.

Datum Mexicopoli, sub anulo Piscatoris, die I mensis Augusti anno Domini MMII, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 519.651

II

Venerabili Dei Servo Marco Antonio Durando caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Memores operis fidei vestrae et laboris caritatis et sustinentiae spei » (*1 Thess* 1, 3). Verba Apostoli bene describunt animi imaginem Marci Antonii Durando, presbyteri Congregationis Missionis et digni Pedemontanae terrae filii. Ipse ex fide et ardenti spiritus zelo vixit, quamlibet compromissi et animi remissionis speciem reiciens, sancto Vincentio magistro, agnoscere didicit in Christi humanitate maximam et quidem clarescentem et commoventem significationem Dei amoris erga quemque hominem. Ad exemplum praeclari Sancti Fundatoris, hoc propositum persecutus est: « Deum ac proximum diligamus, attamen frontis sudore et brachiorum labore ». Solidus hic sensus totam eius vitam Missionarii Vincentiani direxit.

Marcus Antonius Durando est ortus *Monte Vici*, Pedemontii in urbe, die XXII mensis Maii anno MDCCCI, ex familia eximia et christianae traditioni obsequenti. A matre, pientissima muliere, vivum hausit religiosum sensum, qui ipsum adduxit ad vitam sacerdotalem ineundam. Decimum septimum annum agens, anno MDCCCXVIII studiis philosophicis peractis in seminario dioecesano, Congregationem Missionis ingressus est. Evidens erat eius propensio ad Missiones Sinenses petendas. Expletis studiis theologicis, die XII mensis Iunii anno MCMXXIV, Fossani ad sacerdotium evectus est. Eius petitio pro missionibus ad gentes, pluries iterata, non recepta est a superioribus, qui ipsum addixerunt in Patria missionibus popularibus et ruricolis necnon exercitiis spiritualibus clero praedicandis. Zelus assiduus et sedulus, doctrina solida, vita interior et sacra eloquentia, modo mirabili faverunt, in Pedemontio, his duobus ministeriis primariis Congregationis. Enisus est ut Opera Fidei Propagationis expanderetur, testimonium recipiens « Primi Promotoris Operae Propagationis fidei in Pedemontio et in Italia ». Anno MDCCCXXXI renuntiatus est superior domus Taurinensis, quae centrum evasit aptum ad clericos et presbyteros congregandos, ut coetum singulis hebdomadibus haberent et exercitiorum spiritualium cursus obirent. Praesentia Servi Dei eiusmodi incepta promovit: eiusdem sapientiam, eminentem pietatem, ponderationem in sententiis ferendis, perspicaciam in rerum analysi omnes admirati sunt. Plurium sacerdotum ac laicorum confessarius et consultor fuit. Accesserunt ad eum etiam archiepiscopus Augustae Taurinorum, rex Carolus Albertus et alii

viri eminentes consilium et directionem spiritualem postulantes. Ardor apostolicus non disiungebatur ab amore actuoso erga pauperes, curam simul habendo eorum salutis corporis et spiritus, ad sancti Vincentii praeceptionem. Tum ut superior provincialis tum ut director Puellarum Caritatis, quas primus in Pedemontium introduxit, ad caritatem fovendam multum adlaboravit. Augustae Taurinorum creavit seriem centrorum caritatis, quae «Misericordie» appellabantur, in popularibus vicis, unde Filiae et Matronae Caritatis procedebant ad servitium pauperibus praestandum in ipsorum domiciliis. Simul cum centris «Misericordie» variae operae exortae sunt, scilicet prima asyla pro infantibus familiarum indigentium, officinae pro adulescentulis derelictis, orphanotrophia, hospitia pro aegrotis; hoc modo effecit ut revivisceret catholica doctrina socialis, quae antidotum fuit validissimum contra desertionem fidei christifidelium instabilium. Saepe affirmabat: «Mundus potest a nobis auferre cathedras, officia, non autem pauperes, qui sunt et erunt semper portio nostra» (Scritti Q. 111. 508). Apud domos Filiarum Caritatis et paroecias Servus Dei promovit et curavit Consociationes Filiarum Mariae Immaculatae, quae originem traxerunt ex apparitionibus Beatae Mariae Virginis Sanctae Catharinae Labouré. Instauratoris munus in Congregatione Missionis implevit ut Visitator provinciae Religiosae Italiae Septemtrionalis. Benignitate et mansuetudine, ad suadendum aptis, praeditus erat, attamen, sine ulla dubitatione, consilia etiam gravia capere valebat, cum interiore poena, sed aequo animo. Usque ad mortem, per quadraginta tres annos, fortiter ac suaviter direxit missionarios et omnes operas vincentianas iisdem coniunctas: «Sanctus Vincentius Italiae» iure renuntiatus est. Expetitio ministerii missionarii numquam in eius animo exstincta est. Constanti zelo et ferventi amore flagravit erga fratres, ad quos Evangelium nondum pervenerat. Magna benevolentia obsecutus est confratres qui petere cupiebant missiones quae erant in Syria, Africa, America, Brasilia et Sinis, et propugnavit erectionem, in domo Ianuensi, collegii «Brignole Sale», pro clericis exoptantibus missiones ad gentes et pro sacerdotibus, ex missionibus totius orbis terrarum redeuntibus, qui sua studia complere vellent. Spiritum missionalem sacerdotalemque caritatem Marcus Antonius hauriebat ex interiore contemplatione Iesu cruci affixi, cuius meditatio arcte coniungitur cum fundatione Societatis Passionis Iesu Nazareni, id est «Sororum Nazarenarum» quae permanet tamquam eius pretiosa hereditas, participata cum adiutrice Serva Dei Aloisia Borgiotti. Puellis, quae ad eum accesserant sese Deo dicare exoptantes, munus commisit serviendi fratribus maerentibus ut membris dolentibus Iesu Christi, opem illis praestantes in ipsorum domiciliis, diu noctuque, sine

ulla exceptione, sive pauperibus sive divitibus, hoc uno tantum proposito, ut ipsi adducerentur ad inveniendum in sui corporis passione misericordem amplexum fidei in Christo Iesu. Maxima sollicitudine earum sanctificationem curavit per peculiares virtutes humilitatis, mortificationis et oboedientiae, addendo quartum votum sese dicandi cultui Passionis Domini nostri Iesu Christi. Vis arcana, quae totam Servi Dei actionem fulcivit, profluebat ex eius fide viva et firma et absoluta fiducia in Dei ac Beatae Virginis adiutorio. Quam vim ille exhauriebat coram Sanctissima Eucharistia, quae exstabat ut suae vitae sacerdotalis centrum et fulcrum. Eius spes, fiducia in Deo et animi fortitudo clare patuerunt praesertim in tempore congregationum religiosarum suppressionis, id est anno MDCCCLXVI. In illis tristissimis adiunctis hortabatur omnes ut aequo animo exciperent quod Divina Providentia permiserat, certe ob suorum filiorum amorem. In vicibus tam obscuris clarius refulsit eius amor fervens erga Ecclesiam et Summum Pontificem. Fama eiusdem virtutum non imminuit, sed amplificata est post mortem, quae incidit die X mensis Decembris anno MDCCCLXXX. Causa beatificationis incohata est in dioecesi Augustae Taurinorum anno MCMXXVIII; Romae autem, cum processu apostolico anno MCMXL. Decretum de virtutibus heroum in modum exercitis die I mensis Iulii anno MM evulgatum est; miraculi vero recognitio die XX mensis Decembris anno MMI.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Baptistae Odama, Archiepiscopi Guluensis, Pauli Magnani, Episcopi Tarvisini, Severini Cardinalis Poletto, Archiepiscopi Taurinensis, Iacobi Barabino, Episcopi Ventimiliensis-Sancti Romuli, et Antonii Mattiazzo, Archiepiscopi-Episcopi Patavini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei David Okelo et Gildo Irwa, Andreas Hyacinthus Longhin, Marcus Antonius Durando, Maria a Passione Helena Maria de Chappotin de Neuville et Liduina Meneguzzi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Davidis Okelo et Gildonis Irwa die vicesima Octobris, Andreae Hyacinthi Longhin die vicesima sexta Iunii, Marci Antonii Durando die decima Decembris, Mariae a Passione Helenae Mariae de Chappotin de Neuville die decima quinta Novembris et Liduinae Meneguzzi die secunda Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Octobris, anno MMII, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 534.484

ALLOCUTIONES

I

Ad Romanam curiam habita.*

Signori Cardinali,
distinti Membri della Curia e Prelatura Romana!

1. All'approssimarsi del Natale si fa più intenso l'invito della Liturgia: *Descendit de caelis Salvator mundi. Gaudeamus!*

È un invito al gaudio dello spirito, di cui la Liturgia spiega il perché: « È disceso dal cielo il Salvatore del mondo ». A Betlemme, in una povera grotta, è nato il Messia atteso e invocato dai profeti: il Figlio di Dio è divenuto uno di noi. Maria continua ad offrirlo agli uomini di ogni epoca e di ogni cultura: Egli è nato, infatti, per la salvezza di tutti.

Sono questi i sentimenti che provo nel corso di questo consueto e desiderato appuntamento di fine d'anno. Il Cardinale Decano a nome vostro mi ha formulato fervidi voti augurali per le imminenti festività, sullo sfondo delle celebrazioni per il XXV di Pontificato. Lo saluto e lo ringrazio, come pure saluto tutti voi, Signori Cardinali, Vescovi e Prelati, comprendendo in un solo atto di riconoscenza e di affetto gli Officiali e Collaboratori della Curia Romana, del Vicariato di Roma e del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano.

* Die 22 Decembris 2003.

Sono spiritualmente vicino a tutti voi, grato per il lavoro che prestate a servizio di questa Cattedra di Pietro, ciascuno secondo le proprie competenze e i propri incarichi. Gesù che nasce vi ricolmi dei suoi doni di grazia e di bontà, e vi ricompensi per la quotidiana fatica, che svolgete spesso nel silenzio e nel nascondimento. Fatevi interpreti di questi miei sentimenti con i sacerdoti, i religiosi e i laici che collaborano con voi.

2. Ritorno con la mente al primo incontro con i Membri della Curia Romana, che ebbe luogo il 22 dicembre — proprio come oggi — del 1978. Venticinque anni fa!

Desidero dirvi subito, carissimi Fratelli, che durante questi anni ho potuto ammirare con gratitudine l'intelligenza e la dedizione con cui prestate il vostro servizio al Successore di Pietro. *Vos estis corona mea*, vi dicevo allora con san Paolo.[1] Lo ripeto volentieri quest'oggi, perché voi « siete diventati ad un titolo specialissimo miei "congiunti" secondo quella comunione trascendente... che si chiama ed è la vita ecclesiale ».[2]

Come avrei potuto adempiere i compiti affidatimi senza la vostra fedele collaborazione? Ricordo con animo riconoscente tutti coloro che, durante gli anni passati, si sono avvicendati nelle rispettive mansioni. Per quanti il Signore ha già chiamato a sé prego ogni giorno, invocando per loro la meritata ricompensa.

3. Unico è il fine per il quale tutti insieme ci affatichiamo: annunciare il Vangelo di Cristo per la salvezza del mondo. È missione che vogliamo compiere con spirito di fede e con animo disposto al sacrificio, se necessario, fino alla « passio sanguinis », di cui parla sant'Agostino. Siamo infatti, come osserva il Vescovo d'Ippona, a servizio di un gregge comprato non con l'oro né con l'argento, ma col sangue di Cristo.[3]

Mai, pertanto, venga meno nel nostro ministero la fedeltà a Colui che ci ha intimamente associati al suo sacerdozio! Al centro della nostra esistenza ci sia sempre e solo Lui: Cristo! Con il passare degli anni si fa sempre più profonda in me questa consapevolezza: Gesù ci domanda di essere suoi testimoni, preoccupati unicamente della sua gloria e del bene delle anime.

Questo ho voluto porre in evidenza nell'Enciclica *Ecclesia de Eucharistia*, come pure nelle Esortazioni post-sinodali *Ecclesia in Europa* e *Pastores gregis*, promulgate nel corso del 2003. A questo ho mirato nel pubblicare di recente la

[1] Cfr *Fil* 4, 1.
[2] *Insegnamenti*, I, 1978, p. 394.
[3] Cfr *Sermo* 296, 4: *Discorsi V*, Città Nuova, p. 326.

Lettera apostolica *Spiritus et Sponsa* nel quarantesimo anniversario della *Sacrosanctum Concilium* e il Chirografo per il centenario del Motu proprio « Tra le sollecitudini » sulla musica sacra.

E non è forse l'amore per Cristo che ha spinto in ottobre il Collegio dei Cardinali a raccogliersi — insieme con i Presidenti delle Conferenze episcopali ed i Patriarchi — per un'ampia e approfondita riflessione sulle esigenze odierne dell'evangelizzazione?

L'amore per Cristo ha pure guidato i viaggi Apostolici che quest'anno ho effettuato in Spagna, in Croazia, in Bosnia ed Erzegovina e nella Repubblica Slovacca. La consapevolezza dell'anelito di Cristo per l'unità dei credenti — « ut unum sint »[4] — mi ha infine spinto a intensificare i contatti ecumenici con i rappresentanti delle venerate Chiese ortodosse, con il Primate della Comunione Anglicana e con esponenti di altre Chiese e Comunità ecclesiali, in particolare di quelle operanti in Europa.

4. L'Europa! Non posso non notare che il Continente europeo ha attraversato quest'anno e continua a vivere una fase cruciale della sua storia, mentre allarga i confini ad altri popoli e nazioni. È importante che l'Europa, arricchita nel corso dei secoli del tesoro della fede cristiana, confermi queste sue origini e ravvivi queste radici. Il contributo più importante che i cristiani sono chiamati a dare alla costruzione della nuova Europa è anzitutto quello della loro fedeltà a Cristo e al Vangelo.

L'Europa ha bisogno in primo luogo di santi e di testimoni. Le cerimonie di beatificazione e di canonizzazione, celebrate nel corso dell'anno, hanno permesso di additare, come modelli insigni da imitare, alcuni figli e figlie dell'Europa. Basti ricordare Madre Teresa di Calcutta, icona del Buon Samaritano, che è divenuta per tutti, credenti e non credenti, messaggera di amore e di pace.

5. Essere testimoni di pace; educare alla pace! Ecco un altro impegno quanto mai urgente per questo nostro tempo, che vede ancora addensarsi all'orizzonte rischi e minacce per la serena convivenza dell'umanità. La solenne commemorazione dell'Enciclica *Pacem in terris* del Beato Giovanni XXIII, nel quarantesimo di promulgazione, ci ha fatto rivivere l'ottimismo, permeato di speranza cristiana, di quel grande Pontefice in momenti non meno difficili dei nostri. La pace resta possibile anche oggi e, se possibile, essa è doverosa. Ho voluto ripeterlo nel Messaggio per la prossima Giornata Mondiale della Pace.

[4] *Gv* 17, 22.

Il Bambino di Betlemme, che ci prepariamo ad accogliere nel mistero del Natale, rechi nel mondo il dono prezioso della sua pace. Ce l'ottenga Maria, al cui Santuario di Pompei mi sono recato in pellegrinaggio lo scorso mese di ottobre, per coronare in modo solenne l'Anno del Rosario.

Con questi sentimenti porgo i miei auguri a voi tutti per le prossime Festività Natalizie e per il Nuovo Anno, mentre di cuore vi benedico. Buon Natale!

II

Ad Congregationem pro Clericis habita.*

Signori Cardinali,
Venerati Fratelli nell'episcopato e nel sacerdozio,
Carissimi fratelli e sorelle!

1. È con vivo piacere che vi accolgo, a conclusione dell'Assemblea Plenaria della Congregazione per il Clero. Saluto il Prefetto del Dicastero, il Cardinale Darío Castrillón Hoyos, e lo ringrazio per essersi fatto interprete dei comuni sentimenti di devozione e di affetto. Saluto i Signori Cardinali, i venerati Fratelli nell'episcopato e quanti hanno partecipato a quest'incontro, che ha affrontato due temi di grande interesse: « Gli organismi consultivi *secundum legem* e *praeter legem* » e « La pastorale dei Santuari ».

Desidero ringraziare ciascuno per l'impegnativo lavoro svolto. Formulo, al tempo stesso, i migliori auguri perché da queste giornate di riflessione scaturiscano indicazioni e orientamenti utili per la vita della Chiesa.

2. La Costituzione dogmatica *Lumen gentium* presenta la Chiesa come un popolo che ha per Capo Cristo, per condizione la dignità e la libertà dei figli di Dio, per legge il precetto antico e sempre nuovo dell'amore e per fine il regno di Dio.[1] Di tale popolo fanno parte coloro che, in forza del Battesimo, sono « impiegati come pietre vive per la costruzione di un edificio spirituale, per un sacerdozio santo, per offrire sacrifici spirituali graditi a Dio, per mezzo di Gesù Cristo ».[2] Da questo sacerdozio, che accomuna tutti i fedeli, differisce

* Die 10 Ianuarii 2004.
[1] Cfr n. 9.
[2] *1 Pt* 2, 5.

essenzialmente quello ministeriale o gerarchico. Entrambi, però, sono uniti da uno stretto rapporto ed ordinati l'uno all'altro, poiché «l'uno e l'altro, ognuno a suo proprio modo, partecipano all'unico sacerdozio di Cristo».[3] I Pastori hanno il compito di formare, reggere e santificare il Popolo di Dio, mentre i fedeli laici, insieme a loro, prendono parte attiva alla missione della Chiesa, in una costante sinergia di sforzi, e nel rispetto delle vocazioni e dei carismi specifici.

3. Quest'utile collaborazione da parte dei laici si articola anche nei diversi Consigli previsti dall'ordinamento canonico a livello diocesano e parrocchiale. Si tratta di organismi di partecipazione che danno modo di cooperare al bene della Chiesa, tenendo conto della scienza e competenza di ciascuno.[4]

Oggi tali strutture, scaturite dalle indicazioni del Concilio, hanno bisogno di essere aggiornate nelle loro modalità di azione e negli statuti secondo le norme del Codice di Diritto Canonico promulgato nel 1983. Occorre salvaguardare un equilibrato rapporto tra il ruolo dei laici e quello che propriamente compete all'Ordinario diocesano o al parroco.

I legittimi Pastori, nell'esercizio del loro ufficio, non vanno mai considerati come semplici esecutori di decisioni derivanti da opinioni maggioritarie emerse nell'assemblea ecclesiale. La struttura della Chiesa non può essere concepita su modelli politici semplicemente umani. La sua costituzione gerarchica poggia sul volere di Cristo e, come tale, fa parte del «depositum fidei», che deve essere conservato e trasmesso integralmente nel corso dei secoli.

Il vostro Dicastero, che ha un ruolo di rilievo nell'applicazione delle direttive conciliari in questa materia, non mancherà di seguire con attenzione l'evoluzione di tali organi di consultazione. Sono certo che pure gli apporti e i contributi emersi da questo vostro incontro aiuteranno a rendere la collaborazione tra laici e Pastori sempre più proficua e pienamente fedele alle direttive del Magistero.

4. Il secondo tema, che in questa Plenaria avete affrontato, concerne la pastorale dei Santuari. Questi luoghi sacri attirano numerosi fedeli in cerca di Dio, disponibili quindi a un più incisivo annunzio della Buona Novella ed aperti ad accogliere l'invito alla conversione. È importante allora che vi operino sacerdoti con spiccata sensibilità pastorale, animati da zelo aposto-

[3] *Lumen gentium*, 10.
[4] Cfr can. 212, § 3 CIC.

lico, dotati di paterno spirito di accoglienza e sperimentati nell'arte della predicazione e della catechesi.

Che dire poi del sacramento della Penitenza? Il confessore, particolarmente nei Santuari, è chiamato a riflettere in ogni suo gesto e parola l'amore misericordioso di Cristo. Si esige, pertanto, un'adeguata formazione dottrinale e pastorale.

Al centro di ogni pellegrinaggio ci sono le celebrazioni liturgiche, in primo luogo la Santa Messa. Esse vanno sempre preparate con cura e animate da grande devozione, suscitando l'attiva partecipazione dei fedeli.

Il vostro Dicastero non mancherà di elaborare opportuni suggerimenti per aiutare la pastorale dei Santuari ad essere sempre più rinnovata e rispondente alle esigenze dei tempi.

5. Carissimi fratelli e sorelle! Con questi giorni di studio e di confronto, voi avete reso un meritorio servizio alla Chiesa. Vi ringrazio e assicuro per ciascuno un fraterno ricordo nella preghiera.

La Vergine Maria, Madre della Chiesa, che nel tempo natalizio contempliamo accanto al Bambino del Presepe, vi sostenga e renda fruttuoso ogni vostro proposito di bene. Per voi e per le persone a voi care formulo volentieri ogni migliore augurio per il nuovo anno appena iniziato ed imparto di cuore a tutti una speciale Benedizione Apostolica.

III

Ad oratores Natiorum habita.*

Excellences,
Mesdames et Messieurs,

Il m'est toujours agréable, à l'aube d'une nouvelle année, de me retrouver parmi vous pour le traditionnel échange des vœux. Je suis particulièrement sensible aux souhaits que Son Excellence Monsieur l'Ambassadeur Giovanni Galassi m'a délicatement exprimés en votre nom. C'est de grand cœur que je vous remercie de vos nobles sentiments comme de l'intérêt bienveillant avec lequel vous suivez quotidiennement l'activité du Siège apostolique. A travers vos personnes, je me sens proche des peuples que vous représentez; que tous

* Die 12 Ianuarii 2004.

soient assurés de la prière et de l'affection du Pape, qui les invite à unir leurs talents et leurs ressources pour bâtir ensemble un avenir de paix et de prospérité partagée!

Ce rendez-vous est aussi pour moi un moment privilégié qui me donne l'occasion de porter avec vous un regard sur le monde, tel que les hommes et les femmes de ce temps le modèlent.

La célébration de Noël vient de nous rappeler la tendresse de Dieu pour l'humanité, manifestée en Jésus, et a fait résonner une fois encore le message toujours nouveau de Bethléem: « Paix sur la terre aux hommes, que Dieu aime »!

Ce message nous rejoint cette année encore alors que bien des peuples connaissent toujours les conséquences de luttes armées, pâtissent de la pauvreté, sont victimes de criantes injustices ou de pandémies difficiles à maîtriser. Son Excellence Monsieur Galassi s'en est fait l'écho avec l'acuité que nous lui connaissons. Je voudrais, à mon tour, vous faire partager quatre convictions qui, en ce début de l'année 2004, habitent ma réflexion et ma prière.

Ces derniers mois, elle a été mise à mal par les événements qui se sont succédé au Moyen-Orient, qui apparaît, une fois encore, comme une région de contrastes et de guerres.

Les nombreuses démarches faites par le Saint-Siège pour éviter le pénible conflit survenu en Irak sont déjà connues. Ce qui importe aujourd'hui, c'est que la Communauté internationale aide les Irakiens, débarrassés d'un régime qui les opprimait, afin qu'ils soient mis en condition de reprendre les rênes de leurs pays, d'en consolider la souveraineté, de déterminer démocratiquement un système politique et économique conforme à leurs aspirations et que l'Irak redevienne ainsi un partenaire crédible dans la Communauté internationale.

La non-résolution du problème israélo-palestinien continue d'être un facteur de déstabilisation permanente pour toute la région, sans compter les indicibles souffrances imposées aux populations israélienne et palestinienne. Je ne me lasserai jamais de le redire aux responsables de ces deux peuples: le choix des armes, le recours, d'une part, au terrorisme et, d'autre part, aux représailles, l'humiliation de l'adversaire, la propagande haineuse, ne mènent nulle part. Seuls le respect des légitimes aspirations des uns et des autres, le retour à la table des négociations et l'engagement concret de la Communauté internationale sont susceptibles de conduire à un début de solution. La paix véritable et durable ne peut se réduire à un simple équilibre entre les forces en présence; elle est surtout le fruit d'une action morale et juridique.

D'autres tensions et conflits, surtout en Afrique, pourraient être encore mentionnés. Leur impact sur les populations est dramatique. Aux effets de la violence s'ajoutent la paupérisation et la détérioration du tissu institutionnel, plongeant des peuples entiers dans le désespoir. Il faudrait aussi évoquer le péril que représentent toujours la fabrication et le commerce des armes, qui alimentent abondamment ces zones à risque.

Je voudrais rendre un hommage tout particulier, ce matin, à Monseigneur Michael Courtney, Nonce apostolique au Burundi, récemment assassiné. Comme tous les Nonces et tous les diplomates, il a voulu avant tout servir la cause de la paix et du dialogue. Je salue son courage et son souci de soutenir le peuple burundais dans sa marche vers la paix et vers une plus grande fraternité, au titre de son ministère épiscopal et de sa tâche diplomatique. Je tiens aussi à rappeler la mémoire de Monsieur Sergio Veira de Mello, Représentant spécial de l'O.N.U. en Irak, tué dans un attentat au cours de sa mission. Je veux encore évoquer tous les membres du corps diplomatique qui, au cours des dernières années, ont perdu la vie ou ont eu à souffrir en raison même du mandat qui était le leur.

Nello stesso tempo, la Chiesa insegna che non esiste autentica libertà senza la verità. «Verità e libertà o si coniugano insieme o insieme miseramente periscono» ha scritto Giovanni Paolo II.[27] In una società dove la verità non viene prospettata e non si cerca di raggiungerla, viene debilitata anche ogni forma di esercizio autentico di libertà, aprendo la via ad un libertinismo e individualismo, dannosi alla tutela del bene della persona e della società intera.

8. A questo proposito è bene ricordare una verità che non sempre oggi viene percepita o formulata esattamente nell'opinione pubblica corrente: il diritto alla libertà di coscienza e in special modo alla libertà religiosa, proclamato dalla Dichiarazione *Dignitatis humanae* del Concilio Vaticano II, si fonda sulla dignità ontologica della persona umana, e non su di una inesistente uguaglianza tra le religioni e tra i sistemi culturali umani.[28] In questa linea il papa Paolo VI ha affermato che «il Concilio, in nessun modo, fonda questo diritto alla libertà religiosa sul fatto che tutte le religioni, e tutte le dottrine, anche erronee, avrebbero un valore più o meno uguale; lo fonda invece sulla dignità della persona umana, la quale esige di non essere sottoposta a costrizioni esteriori

[27] Giovanni Paolo II, Lett. Enc. *Fides et ratio*, n. 90, AAS 91 (1999) 5-88.

[28] Cf. Concilio Vaticano II, Dich. *Dignitatis humanae*, n. 1: «Il Sacro Concilio anzitutto professa che Dio stesso ha fatto conoscere al genere umano la via, attraverso la quale gli uomini, servendolo, possono in Cristo divenire salvi e beati. Crediamo che questa unica vera religione sussista nella Chiesa cattolica». Ciò non toglie che la Chiesa consideri con sincero rispetto le varie tradizioni religiose, anzi riconosce presenti in esse «elementi di verità e di bontà». Cf. Concilio Vaticano II, Cost. Dogm. *Lumen gentium*, n. 16; Decr. *Ad gentes*, n. 11; Dich. *Nostra aetate*, n. 2; Giovanni Paolo II, Lett. Enc. *Redemptoris missio*, n. 55, AAS 83 (1991) 249-340; Congregazione per la Dottrina della Fede, Dich. *Dominus Iesus*, nn. 2; 8; 21, AAS 92 (2000) 742-765.

che tendono ad opprimere la coscienza nella ricerca della vera religione e nell'adesione ad essa».[29] L'affermazione della libertà di coscienza e della libertà religiosa non contraddice quindi affatto la condanna dell'indifferentismo e del relativismo religioso da parte della dottrina cattolica,[30] anzi con essa è pienamente coerente.

V. CONCLUSIONE

9. Gli orientamenti contenuti nella presente *Nota* intendono illuminare uno dei più importanti aspetti dell'unità di vita del cristiano: la coerenza tra fede e vita, tra vangelo e cultura, richiamata dal Concilio Vaticano II. Esso esorta i fedeli a «compiere fedelmente i propri doveri terreni, facendosi guidare dallo spirito del vangelo. Sbagliano coloro che, sapendo che qui noi non abbiamo una cittadinanza stabile ma che cerchiamo quella futura, pensano di poter per questo trascurare i propri doveri terreni, e non riflettono che invece proprio la fede li obbliga ancora di più a compierli, secondo la vocazione di ciascuno». Siano desiderosi i fedeli «di poter esplicare tutte le loro attività terrene, unificando gli sforzi umani, domestici, professionali, scientifici e tecnici in una sola sintesi vitale insieme con i beni religiosi, sotto la cui altissima direzione tutto viene coordinato a gloria di Dio».[31]

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II nell'Udienza del 21 novembre 2002 ha approvato la presente Nota, decisa nella Sessione Ordinaria di questa Congregazione, e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 24 novembre 2002, Solennità di N.S. Gesù Cristo Re dell'Universo.

✠ Ioseph card. Ratzinger
Prefetto

L. ✠ S.

✠ Tarcisio Bertone, S.D.B.
Arcivescovo em. di Vercelli
Segretario

[29] Paolo VI, *Discorso al Sacro Collegio e alla Prelatura Romana*, in: «Insegnamenti di Paolo VI», 14 (1976), 1088-1089.

[30] Cf. Pio IX, Lett. Enc. *Quanta cura*, ASS 3 (1867) 162; Leone XIII, Lett. Enc. *Immortale Dei*, ASS 18 (1885) 170-171; Pio XI, Lett. Enc. *Quas primas*, AAS 17 (1925) 604-605; *Catechismo della Chiesa Cattolica*, n. 2108; Congregazione per la Dottrina della Fede, Dich. *Dominus Iesus*, n. 22.

[31] Concilio Vaticano II, Cost. Past. *Gaudium et spes*, n. 43. Cf. anche Giovanni Paolo II, Esort. Apost. *Christifideles laici*, n. 59.

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

ALBINGANENSIS seu PREMISLIENSIS LATINORUM

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Augusti Czartoryski sacerdoti professi Societatis S. Francisci Salesii (1858-1893)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Augustus Czartoryski natus est Lutetiae Parisiorum die 12 mensis Augusti anno 1858 e polonorum principum familia. Infirma eius valetudo haud impedivit, quin ipse vias Dei peragraret atque excelsos appeteret vertices sanctitatis. Praeceptorem habuit sanctum Iosephum Kalinowski, qui dein sacerdos carmelita discalceatus factus est, sumpto nomine Raphaëlis a Sancto Ioseph. Dein Sancti Ioannis Bosco occursus in eo desiderium Deo se consecrandi firmavit. Societatem Salesianam ingressus, anno 1888 professionem religiosam emisit et anno 1892 a beato Thoma Reggio presbyter ordinatus est. Morbo confectus, quem vero mira animi tranquillitate tulit, Alaxii in dioecesi Albinganensi die 9 mensis Aprilis anno 1893 in Domino quievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 1 mensis Decembris anno 1978, Servum Dei virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit. Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam quandam subiecit miram sanationem intercessioni ipsius Servi Dei apud Deum tributam. Casus ad Vladislaum Dec, presbyterum e Societate Salesiana, spectat, qui, octoginta et duos annos natus, nocte inter dies 22 et 23 Iunii anno 1989, acri abdominis dolore correptus est. In communitatem suam Premisliae reversus, medicum consuluit, qui eum monuit, ut in valetudinarium se reciperet, quod autem ipse recusavit. Mane tamen insequentis diei 24 mensis Iunii, cum peritonitidem acutam contraxisset, in valetudinarium receptus est, ubi infelix diagnosis confirmata est. Post meridiem chirurgica sectio terebrationem ulcerae duodenalis et peritonitidem purulentam diffusam ostendit. Peractae igitur sunt sectio intestini vagi, plastice pilori ac lavatio cavi intestinalis; tres quoque cannulae exspurgationis appositae sunt. Suppurationes quaedam praeterea apparuerant in regione sub diaphragmate et in cavo Duglasii, ut medici, licet remedia antibiotica late suppeditavissent, prognosim dicerent infaustam. Iam inde ab initio morbi Dominus Vladislaus ad auxilium divinum per in-

tercessionem Servi Dei Augusti Czartoryski confugerat, erga quem pietas magna ipsi fuerat. Orationibus sodales eius familiae salesianae communitatis Premisliae una cum aliis se sociaverunt, quorum spes minime decepta est: aegrotus enim eo rapide convaluit, ut iam die 7 insequentis mensis Iulii, omni bona valetudine refecta, e valetudinario abire posset. De hoc casu, annis 1999-2000, apud Curiam Premisliensem Latinorum Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 22 mensis Iunii anno 2001 probatae sunt. Dicasterii Collegium Medicorum in sessione diei 23 mensis Ianuarii anno 2003 sanationem rapidam, completam, duraturam et inexplicabilem quoad modum secundum scientiam fuisse affirmavit. Die 2 mensis Maii eodem anno Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et insequenti die 7 mensis Octobris Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo Domino Lino Fumagalli, Episcopo Sabinensi-Mandelensi. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Augusti Czartoryski, Sacerdotis professi Societatis S. Francisci Salesii, videlicet de rapida, completa ac duratura sanatione sacerdotis Vladislai Dec a « peritonite purulenta, diffusa da perforazione di ulcera duodenale in paziente cardiopatico di 82 anni »*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

BRACARENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Alexandrinae Mariae Da Costa christifidelis laicae sodalis Unionis Cooperatorum Salesianorum (1904-1955)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Alexandrina Maria Da Costa die 30 mensis Martii anno 1904 nata est in loco *Balasar*, intra fines archidioecesis Bracarensis in Lusitania. Quattuordecim annos nata, ad virginitatem tuendam ex fenestra se coniecit, qua de re talia sibi intulit damna, ut annorum decursu in deterius ruerent usque ad absolutam membrorum paralysim. Physicis et moralibus incommodis graviter affecta, voluntati Dei se aptavit et amore compulsa vestigia Iesu crucifixi secuta est, eius passionem pro animarum salute participans. Frugiferum explicavit apostolatum inter innumeros advenas qui alliciebantur eius virtutibus et extraordinariis dotibus, exercitis sub oboedientia ecclesiasticae auctoritati. Ampla sanctitatis fama praecellens, die 13 mensis Octobris anno 1955 in Domino se obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 21 mensis Decembris anno 1995 Servam Dei heroico in gradu virtutes theologales, cardinales eisque adnexas decrevit excoluisse. Ad beatificationem quod attinet, Postulatio Causae examini huius Congregationis de Causis Sanctorum subiecit assertam miram sanationem Mariae Magdalenae Azevedo Gomes Fonseca, quae anno 1983, duos et quadraginta aetatis annos agens, incommoda indolis parkinsonianae pati coepit in artu superiore dextero. Aegritudinis indicia, non obstantibus curationibus adhibitis, gradatim auxerunt. Anno 1990 valetudo eius evidenter in peius ruit. Quare in Centrum Hospitalarium Universitatis Studiorum Argentoratensis est excepta, ubi edicta est diagnosis syndromis extrapyramidalis simul cum aliis implicationibus. Inter annos 1994-1995 mulier infirma ulterius est aggravata, pondus corporis tria et triginta chilogrammata attingens ita ut sese movere non posset propter musculorum rigiditatem; afficiebatur asthenia, sensu frigoris, amnesia. Ex variis examinibus detectae sunt parvae sed multiplices laesiones cerebrales. Perpensa gravitate pathologica degenerativa et inexperientia scientiae medicae, aegrota ipsa ad divinum auxilium, per intercessionem Servae Dei Alexandrinae Mariae Da Costa, fiducialiter confugit. Die 3 mensis Martii anno 1995, dum difficilem rigiditatem muscularem patiebatur, necopinato indicia extrapyramidalia evanuerunt, itaque infirma de

lecto surgere potuit et ambulare. Brevissimo elapso tempore, eius activitas muscularis et pondus etiam corporis ad normam rediit. De hoc eventu anno 2002 apud Curiam Bracarensem instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridicam auctoritatem hoc Dicasterium agnovit per decretum quod edidit die 22 mensis Novembris anno 2002. Medicorum huius Congregationis Consilium, in sessione diei 28 mensis Maii currente hoc anno 2003, declaravit sanationem instantaneam, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 15 sequentis mensis Iulii actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 21 subsequentis mensis Octobris Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D. Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo emerito Calaritano, facta est. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Alexandrinae Mariae Da Costa, Christifidelis laicae, Sodalis Unionis Cooperatorum Salesianorum, videlicet de istantanea, perfecta ac constanti sanatione Mariae Magdalenae Azevedo Gomes Fonseca a « sindrome extrapiramidale di tipo parkinsoniano, di natura degenerativa ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

GUADALAIARENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Guadalupe (in saec.: Anastasiae Guadalupe García Zavala) confundatricis Congregationis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum (1878-1963)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Guadalupe (in saec.: Anastasia Guadalupe García Zavala) nata est die 27 mensis Aprilis anno 1878 in loco *Zapopan*, regionis *Jalisco* in Mexico. Guadalaiarae, quo cum familia se contulerat, incubuit infirmorum pauperum assistentiam, qui in parvum nosocomium excepti erant, ubi, assentiens proposito sacerdotis Cypriani Íñiguez Martín del Campo, adiutricem praestitit operam ad condendam Congregationem Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum, cuius erat corporalem spiritualemque infirmorum curam promovere. Novum Institutum accurate rexit ac sapienter, ad cuius incrementum contulit, quamvis temporum maestitia grassaretur. Dives in meritis sanctitatisque fama exornata die 24 mensis Iunii anno 1963 in Domino obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 1 mensis Iulii anno 2000 agnovit Servam Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas heroum in gradum excoluisse. Intuitu beatificationis, Postulatio Causae Congregationi de Causis Sanctorum inspiciendam exhibuit praesumptam miram sanationem domini Abrami Arceo Higareda, qui anno 1998 exceptus est in nosocomium loci *Jiquilpan*, in *Michoacán*, ob acutam pancreatitem, quae therapia medica nequiquam tractata erat. Revelata formatione pseudocystis in capite pancreatis, sectio chirurgica cystogastrostomiae fieri debuit. Sequentibus diebus secutus est status septicoabdominalis, et hac de causa infirmus die 21 mensis Maii anno 1998 translatus est in nosocomium Sanctae Margaritae in urbe Guadalaiara. Illic edicta est diagnosis necrosis abscessuatae corporis et caudae pancreatis cum extensione perisplenica, cui accedebant abscessus retroperitonaeales; apparuit quoque effusio pleurica sinistra. Tunc peractae sunt laparotomia ad corpus caudamque pancreatis auferenda atque thoracocentesis sinistra. Alia sectio chirurgica peracta est die 16 mensis Iunii ad regiones necroticas abscessuales ulterius purgandas. Cum vero septicus perstaret status, varia adhibita sunt antibiotica, eo quod detecta fuit *Escherichia Coli* resistens ad medicationem. Valetudinis condicio in melius mutata est et infirmus, cuius vulnus adhuc secretionem emittebat, die 7 mensis Iulii dimissus est. Status tamen septicus iterum exarsit, quocirca infirmus die 24 mensis Iulii in nosocomium denuo excipi debuit. Prognosis edebatur valde infausta quoad vitam. Interea, patiens ipse, uxor illius aliique familiares caeleste invocare coeperant

adiutorium per intercessionem Sororis Mariae Guadalupe. Die 25 eiusdem mensis infirmus se morti proximum esse persentiens, sacramento Unctionis infirmorum est recreatus. Attamen, eo ipso die inopinanter purulentus liquor sponte defluxit simulque febris evanuit. Generalis condicio valetudinis ita celeriter in melius mutata est ut patiens die 1 mensis Augusti nosocomium reliquerit bona fruens valetudine. Hoc super eventu, qui mirus iudicatus est, anno 2001 apud Curiam Guadalaiarensem instructa est Inquisitio dioecesana, quam haec Congregatio per decretum editum die 11 mensis Ianuarii anno 2002 iuridice validam agnovit. Consilium Medicorum, die 13 mensis Martii huius anni 2003 congregatum, edixit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae praeceptis inexplicabilem fuisse. Die 17 sequentis mensis Iunii habitus est Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus et die 11 mensis Novembris eodem anno Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum facta est, Causae Ponente Em.mo Cardinale Augustino Cacciavillan. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Guadalupe (in saec. Anastasiae Guadalupe García Zavala), Cofundatricis Congregationis Ancillarum Sanctae Margaritae Mariae et Pauperum, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione Abrami Arceo Higareda a « pancreatite acuta ricorrente necrotizzante, con formazione di pseudocisti pancreatica, infezione da Escherichia Coli antibiotico-resistente, produzione di ascessi in sede peripancreatica, perispienica e retroperitoneale, in soggetto con diabete, alcolismo e malnutrizione »*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

TAURINENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Nemesiae Valle (in saec.: Iuliae) sororis professae Intituti Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret (1847-1916)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Nemesia Valle (in saec.: Iulia) die 26 mensis Iunii anno 1847 Augustana in urbe est nata. Undeviginti aetatis annos agens, Congregationem ingressa est Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret, ubi anno 1873 religiosam emisit professionem. Derthonae apud Institutum Sancti Vincentii magistra exstitit ac postea moderatrix, aestimationem sibi concilians suarum Sororum, alumnorum et gentium loci, qui eius sapientiam, fervorem et benignitatem mirabantur. Anno 1903 translata est in oppidum v. *Borgaro Torinese* ad munus obeundum magistrae noviciarum. Officium implevit dulcedine, firmitate, sacrificii humilitatisque spiritu. Virtutibus meritisque onusta, in Domini pace quievit die 18 mensis Decembris anno 1916. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 5 mensis Iulii anno 2002 declaravit Servam Dei heroicum in modum virtutes theologales, cardinales eisque adnexas exercuisse. Beatificationi prospiciens, Postulatio Causae iudicio porrexit huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam miram sanationem Hastae patratam et intercessioni Servae Dei adscriptam. Eventus afficit sororem Mariam Aloisiam Ferrero, Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Ioannae Antidae Thouret sodalem, quae anno 1982 urgentem subiit sectionem chirurgicam ob cystoadenocarcinoma papilliferum ovarii sinistri et ob adenocarcinoma infiltrans cum peritonitide sigmae. Post hebdomadam hemicolectomiae sinistrae se subiecit et etiam hysterectomiae totali nec non annexiectomiae dexterae. Aegrotae, valetudinarium relinquenti, praescriptae sunt therapiae oncologicae ob hos duos tumores, histologice diversos, in ovariis scilicet et in colon. Decem post expletos annos, die 22 mensis Maii anno 1993, Soror, graves sustinens dolores abdominales, chirurgicae sectioni submissa est ob occlusionem intestinalem. Ablatum est frenum quoddam adhaerentiale, ex prioribus chirurgicis sectionibus exortum. Indicium occlusionis die 3 sequentis mensis Iunii iterum acutius apparuit, quapropter infirma novam pati debuit laparotomiam, quae perivisceritem adhaerentialem peculiariter gravem revelavit. Praeter statum occlusivum aderat quoque gravis collapsus chirurgicus cui vehemens addebatur deshydratatio. Infausta igitur edebatur prognosis: causa periculi vitae respondebat syndromi multiplicis organicae desfunctionis, uti medici curantes edixerant. Clinicis curationibus perperam adhibitis, infirma ipsa, consorores, cappellanus valetudinarii, com-

munitas paroecialis aliaeque personae sub praesidium divinum confugerunt per intercessionem Servae Dei Nemesiae Valle. Necopinato mane diei 14 mensis Iunii anno 1993 infirma celerem obtinuit virium refectionem simul cum recuperatione motus intestinalis. Soror, denique sanata, die 21 mensis Iunii eiusdem anni e valetudinario dimissa est. De hac sanatione, quae mira est existimata, anno 1996 apud Curiam Astensem instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridica validitas agnita est ab hac Congregatione per decretum die 21 mensis Februarii anno 1997 vulgatum. Consilium Medicorum, die 7 mensis Novembris anno 2002 congregatum, edixit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientia inexplicabilem fuisse quoad modum. Die 4 mensis Aprilis huius anni 2003 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 18 mensis Novembris subsequenti Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D. Petro Georgio Silvano Nesti, C. P., Archiepiscopo emerito Camerinensi-Sancti Severini in Piceno. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret Ven. Servae Dei Nemesiae Valle attributo responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Nemesiae Valle (in saec.: Iuliae), Sororis professae Instituti Sororum a Caritate S. Ioannae Antidae Thouret, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione Sororis Mariae Aloisiae Ferrero a «grave sindrome aderenziale post-peritonitica con occlusione intestinale recidivata, in paziente operata per carcinoma ovarico e neoplasia infiltrante del sigma, complicata da pneumotorace iatrogeno».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VINDOBONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Caroli e Domo Austriaca Imperatoris ac Regis (1887-1922)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Carolus e Domo Austriaca die 17 mensis Augusti anno 1887 apud castrum *Persenbeug* prope Danubium primum lumen vidit. Anno 1911 Zitam principissam de Borbone Parmae, uxorem duxit, ex qua octo habuit liberos, quos christiana fide erudivit. Imperator Austriae constitutus est et Rex Apostolicus Hungariae anno 1916, dum primum mundanum ingrueret bellum. Populo suo in prudentiae, sollicitudinis et caritatis virtutibus inserviit. Paci consuluit, secundum socialem Ecclesiae doctrinam regimen tenuit, pauperes sublevavit, spiritualem vitam suam summopere excoluit. Vivida intensaque fide suffultus, difficultates oppetivit, tribulationibus et exsilium in Maderensi Insula, ubi piissime obiit die 1 mensis Aprilis anno 1922. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 12 mensis Aprilis anno 2003 declaravit Servum Dei virtutes theologales, cardinales eisque adnexas gradu heroico excoluisse. Eius beatificationi prospiciens, Postulatio Causae iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum miram porrexit assertam sanationem Sororis, cui nomen Maria Zita Gradowska, e Societate Filiarum a Caritate Sancti Vincentii de Paul. Haec quidem anno 1944, quinquaginta annos nata, cum Curitibae in Brasilia suam explicaret missionem, thrombophlebiti affecta est in crure dextro, quae paulatim in ulcus varicosum est mutata. Anno 1954 idem contigit in crure sinistro. Aegrota in sinistro latere saphenectomiam subire debuit et ablationem venarum quae regionem ulceratam circumdabant. Attamen chirurgia in dextero crure fieri non potuit, quoniam valetudinis condicio deterior reddebatur. Curae medicae statum varicosum cohibere non poterant nec dolores lenire. Anno 1957 Soror translata est in locum vulgo *Canoinhas*, in Statu Sanctae Catharinae, tamquam moderatrix religiosae domus. Anno 1960 ob dolorum gravitatem deambulare amplius non poterat, quapropter mensibus Novembri et Decembri lecto manere coacta est. Exeunte mense Decembri illius anni, omni sanationis spe a medicis dempta, aegrota quodam sero vesperi fiducialiter divinum imploravit auxilium per intercessionem Servi Dei Caroli e Domo Austriaca. Statim post invocationem Soror sese obdormivit et illa ipsa nocte perfecta evenit cruris sanatio. Mane sequentis diei, hora

sexta, communitariam Eucharistiam participare potuit, se movens quin dolores subiret nec adiutorio indigeret. Ad hanc quod attinet sanationem, Curia Portalegrensis in Brasilia annis 1990-1991 dioecesanam instruxit Inquisitionem, cuius iuridicam validitatem hoc Dicasterium agnovit per decretum quod die 30 mensis Septembris anno 1994 edidit. Die 13 mensis Martii anno 2003 Consilium Medicorum edixit sanationem celerrimam fuisse, perfectam, constantem, absque posteris morbi signis et ex scientia inexplicabilem. Die 15 mensis Iulii eiusdem anni actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 11 sequentis mensis Novembris Patres Cardinales et Episcopi congregati sunt in Ordinaria Sessione, Ponente Causae Em.mo Card. Henrico Schwery. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Caroli e Domo Austriaca, Imperatoris ac Regis, videlicet de celerrima, perfecta et constanti sanatione Sororis Mariae Zitae Gradowska ab « ulcera varicosa cronica suppurata della gamba destra in soggetto con terreno varicoso su base familiare »*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregations de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 26 Aprilis 2004. — Cathedrali Ecclesiae Faentinae-Mutilensi Exc. mum P.D. Claudium Stagni, hactenus Episcopum titularem Dardanium et Auxiliarem Archiepiscopi Bononiensis.

die 27 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Minorensi R.D. Marium Giordana, Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana cum dignitate archiepiscopali.

die 3 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Amosensi, Exc.mum P.D. Eugenium Tremblay, hactenus Episcopum titularem Succubensem et Auxiliarem archidioecesis Quebecensis.

— Cathedrali Ecclesiae Balangensi, Exc.mum P.D. Socratem B. Villegas, hactenus Episcopum titularem Nonensem et Auxiliarem archidioecesis Manilensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tarasensi in Numidia R.D. Arturum Gregorium Miziński, e clero archidioecesis Lublinensis ibique Cancellarium Curiae et professorem Iuris Canonici apud Universitatem Catholicam Lublinensem.

die 5 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Parahybensi Exc.mum P.D. Aldonem di Cillo Pagotto, S.S.S., hactenus Episcopum Sobralensem.

die 6 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Adiacensi Exc.mum P.D. Ioannem Lucam Brunin hactenus Episcopum titularem Usinazensem et Auxiliarem Insulensem.

— Coadiutorem dioecesis Gratianopolitanae Exc.mum P.D. Ivonem de Kérimel, hactenus Episcopum titularem Casamedianensem et Auxiliarem dioecesis Nicensis.

die 7 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Flenucletensi R.D. Iosephum Valbertum Estabrook, e clero dioecesis Albanensis in America, hactenus cappellanum Nauticarum in dicione *Pearl Harbor*, quem constituit Auxiliarem Ordinariatus Militaris Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis.

die 7 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Casensi Calanensi R.D. Richardum Brendan Higgins, e clero dioecesis Sacramentensis, hactenus cappellanum Academiae Aeronauticae in dicione *Colorado Springs*, quem constituit Auxiliarem Ordinariatus Militaris Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis.

die 8 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Osomensi, R.D. Renatum Rebolledo Salinas, hactenus dioecesis Villaricensis Vicarium generalem ibique parochum.

die 12 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Calabriensi R.D. Paulum Franciscum Machado, hactenus rectorem Seminarii maioris dioecesis Petropolitanae, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Iudiciforensis.

— Cathedrali Ecclesiae Petropolitanae, Exc.mum P. D. Philippum Santoro, hactenus Episcopum titularem Tuscamiensem et Auxiliarem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

— Cathedrali Ecclesiae Neo-Friburgensi, Exc.mum P.D. Raphaelem Llano Cifuentes, hactenus Episcopum titularem Madensem et Auxiliarem Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

die 13 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Zacapensi et SS.D.N.I.C. de Esquipulas R.D. Iosephum Hannibalem Casasola Sosa, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

die 14 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Lipensi Exc.mum P.D. Raimundum C. Arguelles, hactenus Ordinarium Militarem in Insulis Philippinis.

— Cathedrali Ecclesiae Malolosinae Exc.mum P.D. Iosephum F. Oliveros, hactenus Episcopum Boacensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Pauli in Insulis Philippinis Exc.mum P.D. Leonem M. Drona, S.D.B., hactenus Episcopum Sancti Iosephi in Insulis Philippinis.

— Cathedrali Ecclesiae Pagadianensi R.D. Emmanuelem T. Cabajar, C.Ss.R., hactenus membrum Consilii generalis Congregationis Sanctissimi Redemptoris.

— Episcopum Coadiutorem Catarmaniensem R.D. Emmanuelem C. Trance e clero Iarensi, hactenus Seminarii minoris rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in Insula Vancouver, R.D. Richardum Gagnon, e clero archidioecesis Vancuveriensis, ibique Vicarium generalem.

die 18 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rusubisiritanae, R.D. Martinum Davidem Holley, e clero dioecesis Pensacolensis-Tallaseiensis, ibique curionem paroeciae vulgo « Little Flawer » dictae, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Theodori Edgarii S.R.E. Cardinalis McCarrick, Archiepiscopi Vashingtonensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 7 Maggio 2004, S.E. il Signor Grygorii Fokovych Khoruzhyi, Ambasciatore di Ucraina presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 13 Maggio 2004, S.E. il Signor Abdoulaye Wade, Presidente della Repubblica del Senegal.

Sabato, 15 Maggio 2004, S.E. il Signor Emile Lahoud, Presidente della Repubblica del Libano.

Lunedì, 17 Maggio 2004, S.E. il Signor Ricardo Maduro, Presidente della Repubblica di Honduras.

Martedì, 18 Maggio 2004, S.E. il Signor José Manuel Durão Barroso, Primo Ministro del Portogallo.

Martedì, 18 Maggio 2004, S.E. il Signor Aleksander Kwaśniewski, Presidente della Repubblica di Polonia.

Venerdì, 21 Maggio 2004, S.E. l'On. Helen Clark, Primo Ministro della Nuova Zelanda.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

29	aprile	2004	S.E. Mons. Patabendige Don Albert Malcom Ranjith, Arcivescovo di Umbriatico, *Nunzio Apostolico in Indonesia e in Timor Orientale.*
10	maggio	»	S.E. Mons. Mario Zenari, Arcivescovo tit. di Zuglio, *Nunzio Apostolico in Sri Lanka.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

3	aprile	2004	S.E. Mons. Giovanni Lajolo, Arcivescovo tit. di Cesariana, *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede « ad quinquennium »*.
»	»	»	Le LL.EE. i monsignori Francesco Monterisi, Velasio De Paolis, Angel Rodríguez Luño, Romano Penna; i padri Prosper Grech, O.S.A., Jesús Castellano Cervera, O.C.D., Nello Cipriani, O.S.A., Maurizio Pietro Faggioni, O.F.M., Giovanni Iammarrone, O.F.M. Conv., *Consultori della Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium »*.
»	»	»	P. Thomas Michel, S.I., *Consultore del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « ad quinquennium »*.
12	maggio	»	Il dott. Ivan Ruggiero, *Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « ad quinquennium »*.
»	»	»	Il dott. Pier Giuseppe Magnani, *Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « usque ad 75um annum ae. s. »*.
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Paul Poupard, *Presidente del Pontificio Consiglio per la Cultura « usque ad 75um annum ae. s. »*.
15	»	»	Il rag. Piero Montecchia, *Capo Ufficio nella Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica*.

NECROLOGIO

26	aprile	2004	Mons. Barthélémy Batantu, Arcivescovo em. di Brazzaville (*Repubblica del Congo*).
»	»	»	Mons. Hernando Velázquez Lotero, Vescovo em. di Facatativa (*Colombia*).
2	maggio	»	Mons. Salvatore Isgrò, Arcivescovo di Sassari (*Italia*).
3	»	»	Mons. Francesco Saverio Guo Zhengji, Vescovo di Bameng (*Cina Continentale*).
4	»	»	Mons. James A. Toppo, Vescovo di Jalpaiguri (*India*).
9	»	»	Mons. Augustin Otero Lagarcha, Vescovo tit. di Rotaria.
11	»	»	Mons. Antônio P. Misiara, Vescovo em. di Bragança Paulista (*Brasile*).
14	»	»	Mons. Hubert Michon, Arcivescovo em. di Rabat (*Marocco*).
15	»	»	Mons. Kevin Michael Britt, Vescovo di Grand Rapids (*Stati Uniti d'America*).
18	»	»	Card. Hycinthe Thiandoum, del Titolo di S. Maria del Popolo.